



Sed ipso orante, omnes ferreae cuspides illa palarum instar mollescent. Cumque sic ladi non posset, atrociora excogitantur tormenta: hanc oram indico suspenditur, ferro candenti per utramque aurem transforatur, per latera quoque pedum peroditur. Mira res tot lethalibus plagis affectus, mori non poterat. Hinc etiam per pedes à terra suspensus, fumo cruciatur, mox in pyram cremandus proicitur, tamen inde quoque evadit inoffensus, manibus, pedibusque truncatur, super candentes laminas mutilatis crucibus infistere cogitur, in foveam multae altitudinis jactatur, sed & inde membris omnibus ab Angelo redintegris vivus, inco-lumifque educitur. Posthac venenum sibi propinatum sine noxa hausit, ac mortuos quosdam precationibus ad vitam revocavit. Quo quidem miraculo plurimi ad Christum conversi, mota seditione in regem impetum faciunt, & frustra fugere conantem occidunt. Niceta vero cum eos baptizasset, Ecclesiamque aliquot construxisset, ad Dominum tranquillo vitæ exitu migravit. Verè Niceta, qui tot tormenta vicerit, & de causu necesse tyranno non inquit gloriari. Illo enim vivente ipse peremptus, impietatis suæ poenas dedit, longe acerbiores apud inferos, & quidem sine fine daturus. *Martyrol. Usuar. Jul. 24.*

**B** Romanus, cum esset gentilium perfidiae æmulator, & Beatum Laurentium tormenta pro Christi amore patientem spectare, dixit, se videre juvenem forma insignem, candidissimo linteolo croceum illius detergentem. Laurentium ergo ad carcerem reducum secutus ab eodem se baptizari fecit, & cum jam apertè se Christianum esse proclamaret, Decio jubente, virgis cæsus capite truncatur. Quid est, quæso, quod tam horrenda aliorum supplicia non deterruerint illum, sed animarint, ut Martyr esse optaret, qui paulò ante fuerat gentilis? Ad eone spectaculo illo delectatus est? immò exinde firmissimam æterni præmii spem animo concepit, si eadem sibi credenti pati contigisset? & ad quicquam properans poenas contempit. *Prudent. in Periseph.*

Laurentius verò cum diversorum tormentorum instrumenta sibi ante oculos proposita videret, semper se optasse dicit ad ejusmodi epulas invitatum ire, & ad ipsas hauriendas accedere. Cumque Decius cæteros Christianos ab eo sibi prodi poposcisset: Ut quid, inquit, eos requirit, quorum conspectu es indignus? Nam nomina illorum scripta sunt in cælo. Iratus ille contemptorem suum subtilibus pralumbari jussit, laminis candentibus uti, scorpionibus lacerari, in ore lapidibus contundi, sic denique excruciatum, super ferrea erate distendi, prunisque torredi. At ille supplicia irridens intentis in Decium oculis: Jam satis assatum est, inquit, tolle, & manduca. mox Deo gratias agens, quod se Martyri gloria dignatus esset animam reddidit, tantò majus recepturus præmium, quanto passus duriora.

Hippolitus quoque (cujus custodiam Laurentius traditus fuerat) & ipse Christum credens, atque confitens Valeriani præfecti jussu, ad colla indomitorem equorum ligatus cum distraheretur, fidem quam receperat, integram servavit. Membra dividi potuerunt, Christi amor scindi non potuit. Poena quoque hæc non casu inflicta, sed Dei nutu videtur electa, ut nonini ejus, cui irrogabatur, pulchre conveniret. Hippolitus quippe Græca compositio, si in nostrum vertatur sermonem, equo disceptum sonat. O felicem virum, qui quoties nominatur, toties patientiæ suæ laudem simul profertur sentit, id pro Christo passus in corpore, quod à parentibus accepit in nomine. *Prudent. in Periseph.*

Cyprianus Carthagenensis Episcopus: cujus multa religiose, & eleganter scripta extant, Carthagine passus est sub Valeriano, & Gallieno Principibus. Hic ob Christianam asserionem primò in exilium actus, deinde revocatus, cum edictum, quo capite cædendus decerneretur, audisset, Deo gratias egit, nihil præ se trisititæ ferens. Deinde suis precepit, ut spiculatori, à quo percuti deberet, quinque & viginti aureos mercedi darent, quasi beneficium ab eo, non interitum, accepturus. Itaque oculos ipse fidario tegens, extensam cervicem gladio subiecit, & coronam accepit Martyrii, tam animi constantia in patiendo clarus, quam cruditione in docendo. *Prudent. in August. Ser. 118. in Novis Serm.*

Archadius Martyr (ut Zeno Veronensis Episcopus de illo prodidit) manibus, pedibusque articulatum, atque membratim disceptis, truncus in suo sanguine volutandus relinquitur, Sed tantò interioriorem spiritum Deo reddidit, quanto patientius corporis mutilationem toleravit. *Sur. Som. 1. 295.*

Jacob Martyr in Perside passus, quem à supplicii genere alii denotatum, alii interfectum cognominatum, nos usitata-tiore vocabulo deartatum potius dicendum censimus. Huic enim se Christianum professenti, manuum, pedumque digiti notatim præcidentur, tum palma, tum brachia, tum lacerti ad humeros usque, sic & pedes, & tibie, & crura. Ita tamen ille trunco corpore Deo laudes, gratæque agere non cessavit, donec regis jussu diffida cervicè, consummavit Martyrium, tam fide integer, quam membris lacer. Sic statim pro Religione, sic dimicatur pro Christo. Hoc militiæ genere ad celestem gloriam, Angelorumque triumphum pervenit. *Jacob. de Vitis.*

Quamobrem haud alium animum etiam iis inesse oportet, quibus patendi deest occasio. Sic enim sine Martyrio, Martyri meritum adipisci poterunt, sicut adeptum credimus, Beatum Dominicum Prædicatorem Patrem. Qui cum iter ageret intrepidus in hæreticos, qui sibi infidiabantur, incurrit. Ab iis percontatus quid facturus esset, si comprehensum trucidare vellent: Precar vos, inquit, ne uno istu mortem mihi interfectis, sed prius particulatim mutilatis, membrorum meorum frustra ante me numeranda exponeretis: deinde ut hos oculos effoderetis, & postquam me aliquandiu in meo volutassim sanguine, tum demum reliquum corpus casum dilaniatis, crudeliter exingueretis pro nomine Domini mei Jesu Christi. Obstupescisti illi tanta viri audacia, intactum dimiserit. Alius etiam hæreticus necem minitantiibus, nondum se Martyri gloria dignum dixit, sed ut dignus evadat valde cupere. Igitur neque infidissimicorum, neque minus deterritus est, ne vel pergere, quò necesse erat: vel loqueretur, quod opus erat ad salutem multorum. *Garzo in vita ejus.*

PATIENTIA MARTYRUM FOEMINEI SEXUS.

Satis hæc de viris, feminarum jam Martyria pertractamus, quandoquidem nec illarum aut minor in sustinendo fuit constantia, aut lenior in patiendo poena.

Barbara Christo deditam Virginem infidelis pater hostiliter persecutus est flagris cæsum, & per capillos tractam, Alexandriae Præfidi Martiano puniendam obtulit. G Præses autem sacrificare nolente nervis bubalis duriter verberari jussit, & in carcerem trudi. Ob quam illa patientiam meruit à Christo visitari, & passionis dorem præsentis Dominicæ suavitatis mitigavit. Dehinc educata domum ad supplicium traheretur, gaudebat. Itaque lampades, malleos, & flagella constanter pertrulit. Quæcumque ipsam exuissent, magis pudore nudatis, quam dolore affecta penæ, ad Deum oravit, & stola candidissima divinitus induta apparuit. Postremò cum obruncari juberetur, pater filia carnifex fuit: sed mox tanti scelus iustas exsolvit poenas, fulminis istu interemptus. Ipsa verò corporis vinculis expedita, cum Virginitatis, Martyriique corona ad cælestis tandem Sponsi thalamos læta migravit. *Metaphra.*

Par in tolerandis tormentis Agathe Virginis fortitudo fuit. Quintiano Siciliæ Proconsuli extrema minitanti, nisi Diis thura poneret, respondit, se Deo vero sacrificaturam, non dæmoniis. Et cum fidelicis, equuleque vexaretur, delectati fe pœnis, non tristitæ, dixit: Quomiam sicuti triticum non reconditur in horreum, nisi triturata, ventilationeque permundatum: ita & se non posse ad patientiæ præmia pervenire, nisi supplicia ista obtulerit. Hinc jubente Quintiano, mamillas illi à pectore dislorquent, mox & abscondunt. At ipsa ad Quintianum conversa, exclamavit: Impie, crudelis, dira tyranne, non te pudet in me amputare, quod in matre iussisti? sed nihil proficis. Habeo enim quas avellere non potes interioris fidei, spicæque mamillas, quarum alimentum reparatur in me sustinendi virtus. Post hæc in carcere posita, Petrus Apostolus appares plagam curat, & locus ante tenebris horrens, pedoreque tristis, repente illustratur, suavitèque fragrat. Atoniti eo miraculo custodes, referatis januis, Virginem, ut abiret, hortantur. Ceterum ipsa ne stans in limine victoriæ pedem referendo præmium amitteret, nusquam discessit. Posteriò igitur die Quintiani jussu super prunas testis permixtas aliquandiu volutata tortetur simul, ac laceratur. Fluenteque ubertim cruoete ignis extingui coepert, cum tam immane facinus terra non ferens intremuit, pars muri quassata Quintiani assecas oppressit ruina. Virgo rursum carceri reddita, cum sinem orasset

vixit

vixit, obdormivit in Domino. Neque illa in funere Angelicis laudibus caruit, qui in tormentis fidem servavit. Ab Angelis quippe apposita fertur sepultura: ejus marmorea tabella, in qua scriptum erat: Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo, & liberationem. Et si tam gloriosa jacuit in tumulo, quàm sint miseriores, qui torquent, quàm qui torquentur, quàm sint infeliciores, qui torquentur, quàm qui torquentur. Quomian cum equo, cui infederat, in fluvium precipitatus, vorticibusque obrutus, nusquam comparuit. *Sur. Tom. 1. 82.*

Agnes Romana Virgo tertiodecimo ætatis suæ anno, primum contra pudicitiam oppugnatores victa perstitit, & ad lupanar vi adducta, Deo protegente incorrupta nequivit. Deinde ab Aspasio Tribuno, quod Christum confiterentur, ei se desponsatam dicens, in ignem comburenda impingitur. Sed divisa flamma carnicifera adussit, ipsam non attingit. Aspasi tamen ira flammis ferventior, ferro illam jugulari jussit, cui ignis pepererat. Miremur, viros contempsisse supplicia, si tantam tenella ætate ferocem pectus tantum exhibuit constantiam, ut torqueri, ut occidi mallet, quàm vel sanctæ Virginitatis propositum deserere, vel Christianam credulitatis fidem. *Ambros. Ser. 90. in 1. Offic. 44.*

Cæcilie quoque Romæ Christo dedicata Virginitas Martyrii retulit triumphum. Quæ Valeriano desponsata, dum nuptiarum celebris ageretur dies, pro Felcennini Evangelium intra se tacita decantavit. Et cum jam in cubilis secreto cum Sponso adesset, illi fidem Christi, deinde etiam Tiburtio fratri ejus persuasit, atque ambos ad coronam egit Martyrii, Angelorum visu, rosarumque celestem odore antè animatos. Ipsa quoque, quoniam Deos gentium simulachra vana esse diceret, Almachii Urbani Prætoris jussu in ignem cremanda deiecit, & cum illata permaneret, decollari juberetur. Ter percussa occidi non potuit, & dimissa triduum supervixit, ut neque tunc moreretur, cum carnifici liberet, neque ultra quàm ibi expediret, viveret: ne & ille necesse ejus gloriari posset, & ipsa tardius quàm vellet, cum servate custodit, tum consummatam Martyrii recipere mercedem. *Ado. de Aloysius.*

Catharina Virgo sanctitate magis quàm regia stirpe clara, atque inter Alexandria puellas pulcherrima, plus tamen virtutibus quam forma pollens, cum Maxentius Cæsar Christianos ad idolorum culturam cogeret, prorupit in medium, Cæsarem inreperit, Martyris præmii fe confirmavit, mundi sapientes disputando vicit, ita ut conversi pro Christi nomine quod impugnaverat, jam defendendo moti non formidarent, pro quo & ipsa scorpionibus cæsa, in carcere fame, sitique afflicta, ab Angelis visitatur, atque altitur. Faustianam Maxentii conjugem, Porphyriumque militum Magistrum cum ducentis militibus in fidem recipit Christi. Quamobrem rotis applicatur, ita ardè compositis, ut in orbem actæ, multiplices mucrone discidendis alligantur, nisi extemplo vi divina, veluti fulminis cum fragore ruentis istu, ipsa tormenti moles fracta dissilisset. Itaque Virginem intactam reliquit, multam tamen infidelium turbam violento fragmentorum excussu prostravit. Cæteri, qui evaserant, ferè omnes Christo credideret, Martyriisque cum Faustina, & Porphyrio coronati sunt. Cum ergo Catharina tantam multitudinem ante fe ad cæclum pramississet, & jam eos cuperet sequi, obruncatur. Vultus lacte manasse constat, ut Virginali puritatem testaretur. Corpus ab Angelis inde ut quædam montem Sina delatum, ut ubi à Deo data Lex fuit, ibi illius monumentum esset, D qua fe pro lege iteti Christi, ut & Philosophorum sapientiam confutaret, & tyranni feritatem nec reprehendere timeret, nec ferre recufaret. *Metaphra.*

Luciam Virginem Syracusanam Pascaus Proconsul ad prostibulum adduci iusserat, & illa neque virorum, neque bouum vi, qui funibus vindam trahere nitebantur, loco moveri potuit. Lignorum ergo struem tyrannus circumponit, & virginem incendio consumi decernit. At illa inter flammam constituta calorem non sentiens, Deo gratias agebat. Furit Pascaus, & jam, quò fe verat, nescit, dum ipsum à se minima vincit pudet. Cumque animo conficere, quidam ex historicis districtè luce Jugulum transdidit, nec tamè illa mori potuit, donec Eucharistia Sacramentum de manu Sacerdotis accepit, illoque comitata ad cæclum abiit, cujus fidem in terra, cum torqueretur, non deseruit. *Aloysius.*

Tecia virgo Pauli Apostoli predicatione instructa, Christo fe dedicat, & juvenem, cui pacta fuerat, repudiat: à matre Christianitatis quasi faciliè accusatur, à Proconsule Alexandro igne cremanda condemnatur, sed ignis repentino im-

bre extinguitur, illa intacta liberatur. Rursum comprehensa bestis exponitur, sed inter leones, & urfos tuta, seu-raque permanet. In fossam serpentum deturbatur, & serpentes emoriuntur. Tauris ferocissimis detrahenda alligatur, & ruptis vinculis periculum evadit, omniumque mentibus in stuporem versis, libera dimittitur. Inde ab Iconico ubi talia passa est, Seleuciam deveniens, multis doctrina sua Christo asceit, vitam hanc cum æterna commutavit, parata quidem pro veritatis asserione omnia perpe-ri supplicia, nisi ab illa illam Dominus protexisset, multorum consulens salutem, dum uni parcat. Ipsam tamen fe præmiis afficiens Martyrii, ac si prænis Martyrii esset consumpta. O felicem Virginem, quæ non sensit tormentorum cruciatum, & recipere meruit præmium. *Ambros. lib. 2. de Virginit.*

Dorothea Virgo Cæsareæ Capadocia oppido pro Christi nomine à Fabricio Præfecto diu tortura, cum tandem ad capitale supplicium duceretur, gaudebat, quòd fe ad Sponsum ire diceret, cujus Paradisus omnium florum, omniumque fructuum ferax, multò amantius quàm dici possit, vernat, suavius fragrat, copiosius exuberat. Tunc Theophilus Scriba ridiculi causa illam rogavit, ut cum eo pervenisset, fe de sibi rosas aliquot mittendas curaret. Cui ipsa: Ne quid, inquit, impossibile esse credentibus credas, quod petis, efficiam. Postquam ergo decollata est, Theophilo in curia versanti, puer cum recentium cistula rosarum apparuit, & quidem brumæ tempore, quando nihil in arvis florere solet, easque ipsi à Dorothea de sui Sponsi Paradiso missas dixit, & cum obtulisset, ex oculis evanuit. Videns ergo illi serio factum, quod joco poposcerat, qui fieri posse non crederet, & altius rem considerans, Christianum fe fecit, Martyriumque sustinuit, post rosas, fructum quoque veræ persectæque beatitatis percepturus. Si Theophylus rosa moverunt, moveant & nos quotidianæ Sanctorum miracula, ne pro Christo quicquam ferat, perpetique timeamus. *Euseb. in Ep. Eccl. lib. 8. c. 17.*

Nec te, Alexandrina Virgo Apollonia, hoc loco tacebimus, cui dentes evellere, quem igne cremare Decii Cæsaris inmanitas potuit, fidem corrumpere non potuit. *Ibid. lib. 6. cap. 31.*

Et tu inter Aphricanas puellas forma, nobilitate, atque animo præstans, Juliana Virgo, ut Christo nuberes, Eleusii Nicomedie Præfecti nuptias contempsisti, & unius Dei famulam te confitens, ab idolis autem abhorrens, flagella, virgas, plumbum patens, nec propositum mutas. Diabolum visibili specie tibi insidiantem ligas, & verberibus afficis, & in latrinam præcipitem mittis, hunc vindicando, tyrannum patiendo superas. Sed etiam inter tormenta apparuit patientiæ virtus: rotis conterenda subieceris, & franguntur: in bulliens plumbum mitteris, & tepescit. Capitis demum obruncatione implet Martyrium, & Ecclesie Capiti Christo jungeris, tantò morte facta felicior, quanto fuisti in tolerando constantior. *Sur. Tom. 1.*

Eadem virtus & Margaritam Virginem Christo desponsavit. Hæc ab Olybrio Antiochie Præfecto admatam, deinde quòd Christiana esset, amore in odium verso, in equulo fuit suspensa, virgis cæsa, unguis lacerata, carceri tradita. Ubi à dracone deglutita, rupto illius ventre evasit illata. Et dæmonem, qui humana figura ad fe decipientem venerat, prostratum pedibus conculcavit, ita ut ille emissio equulatu, & fe victum confessus, evanesceret. Victrix igitur diaboli, nec humanis viribus vinci potuit. Cum enim iterum in equulo tolleretur, facibus uretaret, in aquam mergeretur, terra tremuit, vincula soluta sunt, vulnera curata, Virginalis caput solari radio coronatum apparuit, multa hominum milia ad Christum conversa sunt. Ipsa postremo Virgo capite cæsa, relicto corpore cæclum petiit, ut semper cum Christo viveret, quæ pro Christo mori non dubitavit. *Metaphra. Surtus Tom. 4.*

Euphemia Virgo, dum Martyres Chalcedone ad toleranda fortiter tormenta palam hortaretur, dum cum ipsis torqueri cupiens, clamaret: iniquum esse, ut sibi quæ Romana esset, & quidem Senatoris filia, advenæ & ignoti homines præsferantur, se prius ad Christum mitti oportere. Hac vociferatione provocato Præfco Præfecto, in carcerem cum cæteris, qui damnati erant, detruditur, & Deo gratias agit, quòd fe Martyrum numero dignam fecisset. Deinde cum aliis vincit, ipsa soluta, in forum producerentur, quæsta esse derogari Principum edicto, quòd non fe quoque sicuti reliquos vincula confirmarent. Præfectus ergo fe ludibrio à puella haberi ratus, iracundè



deduxisset, nihilque aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendium haberet, quidam perversa voluntatis vir, anti- qui hostis simulis infligens, eandem messem igne supposito, ita ut erat in area, incendit. Quod factum dum alter inspi- ceret, eidem Dei famulo cucurrit, & nunciavit; quod post- quam indicavit, adiens, dicens: Vae, vae, pater Stephane, quid tibi contigit? Cui statim vultu, ac mente placida ille respondit: Vae, quid illi contigit, qui mihi hoc fecit, nam mihi quid contigit? In quibus ejus verbis ostenditur, in quo virtutis culmine sedebat, qui unum quod in sumptum mundi habuerat, tam securo perdebat mente: magisque illi con- dolebat, qui peccatum commiserat, quam sibi qui peccati illius damna tolerabat: nec pensabat, quid ipse exterius, sed culpa reus quantum perdebat intus. *Greg. Magn. lib. 4. Dial. cap. 19.*

His libet apponere D. REMIGII dictum, factumque, ani- mi in rerum actura tranquillum, atque in Deo fixum, clarissimo argumento. Is Dei spiritu revelante cognoscens securam an- no sequenti magnam antonem caritatem, secutus Sancti Joseph providentiam multos in villis Episcopii acervos tritici (quos metas vocant) fecit, ut populo fame laboraturo inde subve- niret. Impii vero homines, Dominica quadam die inebriati, B cœperunt inter se dicere; Quid ille Jubilans (sic enim appel- labatur propter longævam senectam Remigius) facere vult de illis metis, quas congregavit? An civitatem novam cupit extruere? quia sicut turres per muros civitatis, ita per circuitu cortis acervi illi erecti stabant. Et suadente diabolo, se mutuo adhortati sunt, ut ignem in eos iniicerent. Quod cum S. Remigio celeri nuncio effret relatum, ascendit equum, & accurrit, ut tantam hominum temeritatem vesaniam com- pelleret. At cum eod pervenit, jam acervi omnes ardebant. Beatus autem Remigius, & atate, & vespertino algore frigidior, de equo descendens, se eminus calcifacere cepit, tran- quillo corde, & ore dicens: semper bonus est focus. *Ex Hermisdæ Epist. Laur. Sur. Tom. 1.*

Sanctus BERNARDUS Claravallensis Abbas, cum ducenta- rgenti pondio sibi ad impensas construendi monasterii mis- sa, a grastratoribus intercepta fuisse audisset, gratias Deo egis- se dicitur, quod magno se onere lavasset. Tam ergo modice tu- lit argenti amissionem, ut eo gravari se putaret, si non amissi- C set. *M. Marulii Spaltenf. lib. 5. c. 3.*

PATIENTIÆ PRÆMIA.  
EX S. SCRIPTURA.

Exemplar patientia Job, post tot, tantæque calamitates æquo animo toleratas, tandem omnia duplica eorum, qua amiserat, a Deo recepit, venienteque ad eum omnes fotores sue, & cuncti qui noverant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo ejus, &c. & Dominus benedixit novissimis Job, magis quam principio ejus: vixitque post illa Job centum XL annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem. *Job. cap. ult.*

TORIAS postquam annis quatuor summa animi æqui- tate luminis orbitatem pertulisset, tandem a Deo illumi- natus, reliquum vite sue, quæ adhuc annis XLII. exten- debatur; in gaudio transegit, & cum bono profectu timo- ris Dei preterit in pace. *Job. 14.*

D HISTORICA.

Sanctus DOMINICUS Prædicatorum Dux, & antesignanus, solebat visitare tribulatos, & pauperes consolari. Erat autem Romæ in turri, circa portam Lateranensem quadam solitaria magnæ religionis, & Sanctitatis femina, nomine Bona, veritatem sui nominis assecuta: hæc infirmitate laborabat gravissima: nam de pectore & mamillis ejus scaturiebat in- tensa vermium multitudo. Quam tantam agritudinem cum tanta patientia, & gratitudine mulier hæc sustinuit, ut deciden- tes quinque vermes recolligeret, & in suo pectore colloca- ret. Hanc devotus Dominicus visitabat, confessionem ejus audiebat, & frequenter communicabat. Quam cum die quadam communicasset, verbaque ei consolationis, & adificatio- nis sedens ad ejus fenestram loqueretur, inter alia petivit ab ea, ut sibi doloris locum horribilem demonstraret. Quod & fecit, & erat locus pectoris plenus vermium; quod cernens vir mi- sericors, & vehementer dolori compatiens, dixit ei: Rogo te, ut pro magno munere unum de his vermium mihi dones: noluit illa, nisi se vermem promitteret redditurum quod cum spondidisset, illa Sancto aspiciente, sublata de suo pectore

vermem eidem tradidit per fenestram, qui magus erat, & ni- grum caput habebat. Quem cum pater sanctissimus extensa manu exciperet, digitoque suo verteret, & inspiceret: subito versus est in pulcherrimum lapidem preciosum. Quo viso, qui cum eo erant fratres stupentes admirati sunt valde, dicentes, quod non restitueret sibi gemmam. Tunc cepit lachrymari sancta femina, rogans, ut sibi redderet suum lapidem precio- sum. Sanctus vero Dominicus restituit lapidem super fenestram posuit, ut promittit; quem mox illa viro Dei, & his qui cum eo erant: inspicentibus pectori suo restituit, unde tulerat qui confestim iterum mutatus est in vermem. Tunc oratione facta super ipsam sanctus confignans, benedicensque Dei famulam in pace dimisit. Quo discedente ceciderunt mamilla: de pectore ejus cum vermium, & vermes extincti sunt: pectus consolidatum paulatim omnino renovatum est, & omnis dolor horrendus putredinis ablatus est. Transactis aliquot die- bus, sanctus visitans eam, in columbum ipsam reperit, & gau- dentem; narravitque fratribus, qualiter per gratiam Dei, & meritis ipsius a tam horribili morbo liberata fuerat. *S. Anton. 3. p. Cbro. Tit. 23. c. 4. §. 10.*

Patria .

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Patria, *πατρίς* dicitur. Hebr. terram nativitatis appellant. Est urbs, seu oppidum, unde orti, sive oriundi fumus, dicta, quod communis omnium patens sit. Aliquando & provincia ipsa, ex qua orti fumus, patria dicitur, sed tamen improprie: Pater autem unde, & patria dicitur. Græcum est *πατρίς*, & *πατρίς*, per synepson, sic dictum quod *πατρίσις*, hoc est, omnia servat. Vel *πατρίς*, hoc est, filios servat. Hinc Patriarcha novum quidem, & Græcum, & sic est, qui patrum, hoc est, Pontificum princeps, & primus est. Hic paterfamilias, qui primus est, & in familiarum imperium habet.

\* PATRIÆ AMOR, ET PRETIUM.  
Homer. in 1. Odyss.

Ὅτι δὲ δὲ γράμμι ἢ πατρίδος, ἢ δὲ πατρίδος  
Γένεας, ἄσπερ ἢ τις ἀσπέρη πύρα ἀσπέρη  
Γαίῃ ἢ ἀσπέρη δὲ πύρα ἀσπέρη γαίῃ.  
Sane nihil dulcius sua patria, neque parentibus  
Est, quamvis quis procul divitem domum  
Terra in aliena habet, procul a parentibus.

Elegantior sane Ovidius de Patriæ desiderio, & dulcedine occi- nit. *Lib. 1. de Ponto.*

Rursus amor patriæ ratione valentior omni  
Quod tua fecerunt scripta, vetexit opus,  
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos  
Ducit, & immemores non sinit esse sui.  
Quid melius Roma? Sesebico quid frigore pejus.  
Huc tamen ex illa Barbarus urbe fugit.  
Cum bene sint clausæ cavea Pandione natæ,  
Nixit in sistras quæque redire suas.  
Assuetos tauri saltus, assuetæ leones  
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.  
Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,  
Ut volucri vacuo quicquid in orbe patet.  
Est aliud Patrii viciniam sinibus esse.

Audiat de eodem argumento Euripides.

Convenit omni ratione, & arte  
Amantes patriam salutem ejus moliri.  
Ne fatigeris, dum patriam recuperare studes,  
Natale solum ut convenit, gratissimum est dominibus,  
Neque verbis ejus dulcedinem exprimere possunt,  
Multo enim auro, & opibus antecellit patria  
Ad inhabitandum prudentis viri: nam quod natura  
Cognatum est, & familiare, nescio quam sui  
Dulcedinem mortalibus in vita præstat.  
Neque minus eleganter, ac eruditè Heroles Patriæ dignita- tem commendans, ait: Postferendum de patria maxime cove- nit docere, quales in patria esse debeamus. Est enim patria per Jovem, velut alter quidam Deus: & primus maximumque parcs. Quare qui nomen ei imposuit a respia, non temere patriam nominavit,

nominavit, vocabulo quidem à patre deducto, pronuncia- tio tamen scemina terminatione, ut ex utroque parente mi- ro statim quælibet civitas sit illi, qui noverit uti. *Idem.*  
*Αὐδὲ πὶ σὸσφὴν πατρίδα γὰρ βασιλῆα, ἄσπέρη γὰρ ἀσπέρησ πατρίδα ὁ δὲ ἴσπυρος ἴσπυρος.*  
Quælibet terra homini sapienti est pervia: anima namque fortis universus mundus patria est. Democritus.  
Quid autem, an non communis hominum omnium patria est mundus ipse, quemadmodum censebat Socrates? Itaque non putandum revera te exulare à patria, si migres inde, ubi natus es, & enutritus es: sed tantum te quadam urbe esse privatum, tum alias, tum si existimari velis bonus, & æquus. Tali enim regionem quidem nullam vel colit, vel despicit, tan- quam beatitudinis causam; sed ipse in sese omnia collocat, & putat se civem urbis Jovis, quæ constat ex hominibus, & Diis, consentientia his, & Euripides dicit, ubi ait:  
*Αἴσας μὴ ἀπὸ ἀσπέρησ πατρίδος,  
Αἴσας ἢ γὰρ ἀσπέρησ, γέννησ πατρίδα.  
Οἷος κὼσιν ἀσπέρησ πατρίδα.  
Οἷος κὼσιν ἀσπέρησ πατρίδα.*  
Quemadmodum autem si quis in patria agens, aliam ta- men domum inhabitans, non eam, in qua natus erat, scie mal- ceret, & ob eam rem lugeret, nihili homo, & ridiculus esse- ret: pari ratione is, qui inhabitans aliam civitatem, in qua natus est, calamitatem putat, talis merito stultus haberi queat, & vecors. Reliqua autem vide in Stobæo. *Muson. in libro, Exilium non esse malum.*

Patria carere, non est malum, quia forti viro omnis locus patria est. Socrates enim non stulte exilii libertatem domestica servituti anteposuit. *A. Gell. 1. 3. c. 15.*

Patriam meam transire non possum, omnium una est, extra hanc nemo proci potest. Non patria mihi interdicitur, sed locus. In quacunque terram venio, in meam venio: nulla exilium est, sed altera patria est. Patria est ubicum- que bene est. Illud autem per quod bene est in homine, non in loco est. Si enim sapiens est, peregrinatur, si stultus, exulat. *Sen. de remedi. for.*

Cæterum S. Patres, ut naturalem patriæ amorem extollant, plurimum exagitant, quod Deus jusserit Patriarchæ Abra- hæ exire de terra sua. *Gen. 11. 1.* id est, de civitate, ubi si natus fuerat. Verba B. Augustini de hac re hic inferenda duximus, propter eorumdem elegantiam, & argumentum quod tractamus, caritatem. Ita enim scribit *serm. 68. de tempore.* Novum probationis genus inquit, habent propria exilia (vita ip- sius etiam in natali solo) indicare peregrina, ingerere labo- rem itineris quiescenti, imperare penuriam possidenti, & tan- tum faculaturo Domino, necessitatem imponere peregrinandi, &c. Cui non est magis dulces proprium tugurium, quam palatia peregrina, & voluntaria casa, quam digesta pra- toria? cui non est durum, illos consocios natalium parietes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipsius infantæ rudimenta commendant, ubi cunabula illa novi, & mox orientis hominis famulabantur, ubi secuta allidens infantia, inter lucis primordia, aut pueriles anni simplicitate felices, quos sibi inter lascivos, atque ipsius ætatis lusus vernaculo genuina flos necessitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ cum omni fuerant difficultate relinquenda. Exi, ait, de terra tua. Quis hæc sine fidei viribus libenter audiret? Sunt hæc omnia Aug- gustini, quibus haud differenciam habet Ambrosius in Jonam, gravissimam poenam scientibus gra- vissimum exilium decerni inter alios docens.

Patria, inquit, *Cicer. 1. de Orat.* nos omnium maxime dele- ctat, cuius rei tanta est vis, tantaque natura, ut Ithacam illam in asperis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitate anteposuerit. Ulysem intelligit, quem an- nos decem errantem Calypso apud se immortalitate ei propo- sita retinere non potuit: nil enim dulcius patriæ æstimabat, ut ipsum tunc loquentem Homerum inducit in convivio Phæacum, cuius etiam fumum idem Homerus videre eum cupivisse scribit his verbis.  
*Ἐμῶσ δὲ κἀπὸν ἀποδραστήσαντα νόστω  
ἢς πατρίσ, — id est,  
Exoptans oculis surgentem cernere fumum  
Natalis terræ.*  
Unde proverbium Græcum natum est, ὅτι πατρίδος κα- τὰ τὴν καυπίασιν ἢ κατὰ ἀσπέρησ πατρίδα, id est, Patriæ fumus igne alieno luculentior. Et Ovidius 1. de Ponto *Eleg. 4.* idem de eo scribit, cuius versus hi sunt.

Non dubia est Itaci prudentia: sed tamen optat  
Fumum de patriis posse videre locis.  
Idcirco Poeta *Æneid. 6.* insignem in campis Elisifis assignat gloriam, pramiuque.  
Hæc manus ob patriam pugnano vulnera passæ. Et  
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitæ.  
Idem Cicero asseruit in *sonno Scipion.* Omnibus, quia patriam conservaverint, juverint, auxerint, certus in cælo, & definitus est locus, ubi beato ævo sempiterno fruuntur.  
Lucilius quoque hæc rem aptè cecinit:  
Commoda præterea patriæ, prima putare,  
Deinde parentum, tertiam jam postremaque nostram.  
Sed & eodem de argumento consulendum adhuc Cicero *Philipp. 5. & 2. de legib. Lactantius 1. 6. c. 6. Cassiod. 1. 8. Variar. Ep. 31. Symmachus 1. 8. Epist. 6. 4. Sidon. 1. 3. Ep. 3. & Carin. 23.*

Plutarchus in *lib. Nym. seni gerenda Respublica*, tradit, ut à patre patriam dicimus, ita Cretenes dixisse *πατρίδα* à matre, quæsi matricam.

\* OMNE SOLUM FORTI PATRIA EST.  
Amisissæ divitiæ brevi, facilèque reparari nequeunt, patria ve- rò statim quælibet civitas sit illi, qui noverit uti. *Idem.*  
*Αὐδὲ πὶ σὸσφὴν πατρίδα γὰρ βασιλῆα, ἄσπέρη γὰρ ἀσπέρησ πατρίδα ὁ δὲ ἴσπυρος ἴσπυρος.*  
Quælibet terra homini sapienti est pervia: anima namque fortis universus mundus patria est. Democritus.

Quid autem, an non communis hominum omnium patria est mundus ipse, quemadmodum censebat Socrates? Itaque non putandum revera te exulare à patria, si migres inde, ubi natus es, & enutritus es: sed tantum te quadam urbe esse privatum, tum alias, tum si existimari velis bonus, & æquus. Tali enim regionem quidem nullam vel colit, vel despicit, tan- quam beatitudinis causam; sed ipse in sese omnia collocat, & putat se civem urbis Jovis, quæ constat ex hominibus, & Diis, consentientia his, & Euripides dicit, ubi ait:  
*Αἴσας μὴ ἀπὸ ἀσπέρησ πατρίδος,  
Αἴσας ἢ γὰρ ἀσπέρησ, γέννησ πατρίδα.  
Οἷος κὼσιν ἀσπέρησ πατρίδα.  
Οἷος κὼσιν ἀσπέρησ πατρίδα.*  
Quemadmodum autem si quis in patria agens, aliam ta- men domum inhabitans, non eam, in qua natus erat, scie mal- ceret, & ob eam rem lugeret, nihili homo, & ridiculus esse- ret: pari ratione is, qui inhabitans aliam civitatem, in qua natus est, calamitatem putat, talis merito stultus haberi queat, & vecors. Reliqua autem vide in Stobæo. *Muson. in libro, Exilium non esse malum.*

Patria carere, non est malum, quia forti viro omnis locus patria est. Socrates enim non stulte exilii libertatem domestica servituti anteposuit. *A. Gell. 1. 3. c. 15.*

Patriam meam transire non possum, omnium una est, extra hanc nemo proci potest. Non patria mihi interdicitur, sed locus. In quacunque terram venio, in meam venio: nulla exilium est, sed altera patria est. Patria est ubicum- que bene est. Illud autem per quod bene est in homine, non in loco est. Si enim sapiens est, peregrinatur, si stultus, exulat. *Sen. de remedi. for.*

Cæterum S. Patres, ut naturalem patriæ amorem extollant, plurimum exagitant, quod Deus jusserit Patriarchæ Abra- hæ exire de terra sua. *Gen. 11. 1.* id est, de civitate, ubi si natus fuerat. Verba B. Augustini de hac re hic inferenda duximus, propter eorumdem elegantiam, & argumentum quod tractamus, caritatem. Ita enim scribit *serm. 68. de tempore.* Novum probationis genus inquit, habent propria exilia (vita ip- sius etiam in natali solo) indicare peregrina, ingerere labo- rem itineris quiescenti, imperare penuriam possidenti, & tan- tum faculaturo Domino, necessitatem imponere peregrinandi, &c. Cui non est magis dulces proprium tugurium, quam palatia peregrina, & voluntaria casa, quam digesta pra- toria? cui non est durum, illos consocios natalium parietes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipsius infantæ rudimenta commendant, ubi cunabula illa novi, & mox orientis hominis famulabantur, ubi secuta allidens infantia, inter lucis primordia, aut pueriles anni simplicitate felices, quos sibi inter lascivos, atque ipsius ætatis lusus vernaculo genuina flos necessitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ cum omni fuerant difficultate relinquenda. Exi, ait, de terra tua. Quis hæc sine fidei viribus libenter audiret? Sunt hæc omnia Aug- gustini, quibus haud differenciam habet Ambrosius in Jonam, gravissimam poenam scientibus gra- vissimum exilium decerni inter alios docens.

FIDES, SEU PIETAS ERGA PATRIAM  
CONSIDERATA. Patriæ causa  
ANIMI MALA SUBIRE.  
Nempe  
VINDICTÆ ERGA PATRIAM  
OBLITERATIONE, DEPOSITIONE.

At si fides, cum multa pro patria gessisset, & ex ea tamen in exilium per invidiam missus esset: precatus est Deos, ut Atheniensibus, quæcumque cuperent, sic bene, saultèque evenirent: Quinctiam cum Xerxes numerosa classe Græcos peteret, quamvis exul consilio primū, deinde etiam auxilio Themistocli adfuit, & grande momentum ad celebrem illam victo- riam Salaminam attulit. *Plut. in ejus vita.*

Epaminondas propter invidiam, à Thebanis, Dion à Syraculanis, civibus suis ignominia notati, vindictam patriæ amoris condonarunt. *Probus in vita Epaminondæ, & Diod. lib. 16.*

Phocion Atheniensis, Phoci filius, non tantum sepe multumque suam operam in bellis patriæ præstitit: sed cum ab ingrata patria morti adjudicatus, civitatem jam bibe- ret, filio nunciari dixit, ne ob patris mortem patriam odio haberet, sed ab omni ultione desisteret. *Ælian. l. 12. de Var. hist.*

Alcibiades Atheniensis, quamvis exul, odium erga patriam deposuit, cique consuluit: dehortando Pharnabazum sarrapa- m à proposito, qui ccc. naves Phœniceas Lacedæmonis contra Athenienses pugnantibus subsidio missurus erat. *Diod. 1. 13.* Sic etiam, cum apud Ægos flumen Lyfander constituis- set bellum contra Athenienses distitum fore producere, quod si- bi pecunia à Rege suppeditabatur: contra Athenienses sus- ceptus præter arma, & naves nihil supererat: Alcibiades ul- trò agere cepit: Si vellet, fe coadurum Lyfanderum dimicare, aut pacem petere. Et enim Lacedæmonis eo nolle confingere classe, quod pedestribus copiis plus quam navibus valeret: sibi autem esse facile, Regem Thracum eo ducere, ut eos ter- ra depelleret: quo facto, necessarium aut classe conficturos, aut bellum composituros. Id est verè dictum Philoles animad- vertebat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se, Al- cibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. *Probus in Alcibiade.*

Mortuo